





Freiherr v. Ende-Schijessniß.

DISPUTATIO DECIMA OCTAVA
COLLEGII PUBLICI,

DE L. A Q V I L I A
ET NOXALIBVS
ACTIONIBVS.

QVAM

Sub Auspicio Sacro sancte Triadis.

PRÆSIDIBVS

Clarisimis & Consultissimis Viris, ac DD.

Dn. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &
Dn. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,
respectiuè Dictatore & Fisco.

*In Amplissimo Coloniensium Iuris Collegio publicè ventilan-
dam proponit. die 28. Iunij, Anno 1629.*

ERASMVS Lamprecht Bambergensis Franco.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.

AVATOCVOCATI DE TATYRA
SOCIETATIS

AIIIVOSA L E S C
ZVOKHIBA
KHOVINA

MAY

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.

1751. 1. 1. 1. 1.



CONTINVATIO.

Disquisitis hucusq; satis diligenter superioribus Disputationibus, & actionibus realibus conformiter enodatis : quibus cum iudicijs superioribus actio de pauperie & L. Aquiliæ, magnam contrahunt affinitatem, ut potè quæ nō ex Contractu, aut vero delicto ut actiones personales, sed ex facto aut quasi delicto, vel & occasione rei quæ possidentur, competitunt. Ideò iusta nunc ordinis dictat ratio, earum hoc loco disputationem proponere: atque imprimis de pauperie, actione vetustissima, dein & L. Aquiliæ act. videndū.

THESES PRIMA.

Damnum est omne illud detrimentum, quod alter per alterum sentit & sentire potest. *l.3.de damn. infect.* Quodque vel iniuria fit, vel sine iniuria. *l.1. § 3 ff. si quadr.* *l.1. prin. ad L. Aquil.* At verò cum quadrupes damnum dedisse videatur, quod vel pecus est, vel bestia. *l.2. §. vlt. ff. ad L. Aquil. l.1. §. 5. & 7. ff. si quadr.* iniuriam fecisse non intelligitur, quod ideo cum intellectu & voluntate careat. *t. t. ff. & Inst. si quadr.* nemo enim iniuriam facit, nisi volens faciat. *Ar. st. 5. Ethic.*

2. Quodque damnum in specie vocatur pauperies, ad L. Aquiliæ actionem impertinens. Lex enim Aquilia loquitur de damno iniuria dato; Brutum vero animal, non potest videri iniuriam facere *d.l.1. §. 3. ff. si quadr.*

3. Sub damni vero appellatione, latè sumpto vocabulo, omnis comprehenditur deminutio patrimonij *d. l. 3.* Quia in ambigua vocis significatione & furtum & rapina includi non verentur: sed cum in præsentia huius tituli distinguamus damnum à furto, &c. perspicuum est, damnum hic accipiendum angustius, ita ut furtum & rapina iure excludantur merito *l. 27. §. 25 ff. ad L. Aquil. Pacius in Analys. Inst. hic.*

4. Damni appellatione veniunt & impensæ, licet dubiè disceptetur, nos tamen secuti *Alexand. 4. volum. consil. 14. in fin.* affirmando hanc statuimus rationem. Quod quis per alterum sentit per detrimentum, sit patrimonij deminutio, adeoque qui occasione alterius, expensas facit, patrimonium remque suam minuit. *Bald. l. 3. C. de fruct. & lit. expensis.*

5. Est igitur damnum siue iniuria pauperies, nec enim animal quod sensu caret, dicitur fecisse iniuriā. *l.1. §. 3. ff. si quadr. §. pauperies inst. eod. cùm nec furiosus & infans propter rationis defectum, iniuriam rectè facere dicantur l.3. § 1. ff. de iniurijs. l.23 ff. de furtis.*

6. Qua actione ita demum agimus, si quod animal proprio motu lascivia quadam, feroce aut feritate contra naturam & consuetudinem eiusdem generis animalium, damnum nobis nostrisque rebus intulit *l. 1. §. 4. 7. ff. si quadr. vers. hac autem inst. eod.*

7. Nam si culpa aliqua hominis præcesserit pauperiem, Aquila locus erit. l. §. 4. vers. quod si. §. 5. ff. si quadru. l. II. §. 5. l. 52. §. 2. vers. nā si f. ad L. Aquil.

8. Quid autem sit agendum, si duo inter se animalia pugnantia damnuni sibi mutuo intulerint, controuertitur. vt si illud quod prouocauit, perierit, cessat omnis actio: sin vero illud quod prouocatum, datur actio aduersus dominum prouocantis, sicut & si læsum sit l. I. §. II. ff. si quadru. ibid. & Costal.

9. Non tamen colligitur ex l. I. §. II. ff. si quadru. propulsionem iniuriæ competere brutis animalib. quod cum propulsare iniuriam in animalia cadat rationalia, quæ rationis usum & exercitium intellectus iure sibi veniunt, ideo vim propulsare brutis merito attribuitur. Treutl. h. disp. th. 2. lit. B. in exegesi. ad Treutl.

10. Ex quibus sequitur, quod si secundum naturam quadrupes damnum dederit huic actioni nullum esse locum, tum si cicurata ac mansueta fit quadrupes grama, glandes depascat & similia, alia competit actio, de pastu pecoris, quæ & ipsa erat ex l. 12. tabb. l. 14. §. 3. ff. de prescrip. verbis l. vlt. C. ad l. aquil. quam l. vlt. Bald de eo intelligit qui sua culpa facit depasci pratum alterius, ergo alio sensu si sine culpa sua habebit locum actio de pastu pecoris.

11. Quid si non impulsa quadrupes, in alieno pascatur fundo? actio in factum datur contra Dominum in poenam negligentiae, quod eam custodiri non laborauerit; adeoque culpa præcessit damnum, & sic est mens Myns. ad princ. Inst. hic. n. 9. & de iure nemini licet pecus suum in alterius fundo pascere.

12. Et sanè si iure permitteretur alicui in alieno prato pecora pascere, non posset pascendi seruitus constitui: quod cum alicui iure communi, & iure libertatis esset licitum, id non competenter eidem iure seruitutis si quidem cum ius pascendi sit seruitus Justin. §. 2. inst. de seruit. prædiorum. sequitur non licere in alieno pascere, nisi constituta seruitute. Hun. disp. 18. th. 2. litt. C. vol. I. ad Treutl.

13. Sed si fera bestia ex genitali atque innata feritate fugiens damnum dederit, cū noxae dari nequeat, nullā datur actio l. I. §. 10. ff. si quadru. fugiendo, cum in naturalem libertatem se recipiat, desinit in potestate esse domini §. feræ inst. de rer. diuīs.

14. In domini adhuc potestate constituta, si isto loco habeatur, qua vulgo fit iter, melius hoc casu ei cui datum est, per actionem in factum ex edicto ædilium prospectu sit l. 40. cum ll. seqq. ff. de ædilitio edicto: §. ceterum Inst. 5. si. quadru.

15. Anne quadrupedem in agro nostro inuentam, damnum dantem includere liceat, quæstionis est quandoquidem pro dano dato proprijs actionibus ipsi damnum passo planè est prouisum l. fin. C. ad l. aquil. ff. l. 14. §. 3. ff. de prescrip. verbis. capere, eamque includere cum periculo impunè non posse concludimus, l. 39. in fin. & ibid Costall. ff. ad l. aquil. Oldendorp. class. 6. act. 19. n. 7. nisi eatenus, donec in notitiam deueniatur, quis dominus quadrupedis. Treutl hic. th. 2. lit. C. per l. 25. ff. ad l. Iul. de adult. non tamen eatenus, vt satisfactio interueniat, vt recte Oldrad. per d. l. 39. VVesen. para. hic n. 6..

16. Non

16. Non obstat Bart. & Zaf. per l. 9. §. 1. ff. de dam. infect. l. 4. §. 5. ff. ad exhib. l. 8
de incendio. dicto n. Il de inanimatis loquuntur rebus. Tr. h. th. 2. lit. C. in exeg.

17. Competit autem hæc actio non solum domino, sed & ei cuius interest
ut fulloni, commodatario, propter rem deteriorem ab animali factam. l. 2. ff
si quadru. aduersus eum dominum, non cuius fuit quadrupes cum noceret,
sed cuius tunc est, quando actio intentatur. l. 1. §. 12. ff. eod. Ratio quia noxa in
quadrupedibus caput sequitur, non attento eo quis habuerit quadrupedem
quæ nocuit.

18. Hoc sub alternatiua conclusione si petatur ut vel noxiā sarciat, aut
animal quod nocuit in noxiam dedit l. 1. in prin. d. t. nisi fortè ante litem con-
testatam sine domini culpa decesserit, tum liberatur dominus; secus si alte-
rius culpa vel post litem contestatam. l. 1. §. 13. ff. si quadru. l. 26. §. 4. ff. de no-
xial. act. l. 39. §. fin. ff. eod. l. 1. §. 16. ff. si quadru.

19. Nonnullis itidem casibus in solidam damni aestimationem sit conde-
mnatio, ut si dominus quadrupedis suam esse negauerit l. 1. §. 15. ff. si quadru.
Auth. contra qui C. de non num. pecu. l. fin. C. de R. V. VVes. para. hic n. 6. Aut
alternatiuè condemnatus, & neutrum præstans, ex re iudicata conuenit.
l. 6. §. 1. ff. de re iudi.

20. Hodie Pauperies aestimatur iudicis arbitrio, noxae vero deditio non
Vsurgatur amplius. Ex Ordina. Imp. C. 130. notat. VVes. para. hic n. 6.

21. Atque hanc actionem transitoriam esse in omnem successorem foede-
redistinctionis adhibito, minus dubitandum: transit namque hæc actio, non
iure successionis, sed iure dominij, quod & ipsum ad affinitatem cum act.
realibus referri potest. l. 1. in fin. ff. si quadru. §. omnis. s. inst. de noxiali act.

22. Vnde si defunctus fuerit dominus pecoris quod nocuit, haeres vero
eiūdem non sit dominus, noxali actione non tenebitur. Ratio est, quod hæc
actio sequatur caput quod nocuit, & consequenter eius dominum, atque
hoc est quod vlp. in l. 1. §. fin. d. t. scribit:

23. Et haec de damno à Quadrupede dato quando vero non quadrupes,
sed homo damnum iniuria dedit, lex aquil. nobis actionem suppeditat l. 1.
princ. ff. ad L. Aquil. l. 1. prin. ff. de his qui effuderunt. quæ est plebiscitum anti-
quissimum. l. 2. §. 8. ff. de Orig. iuris vbi Cuiac. Et pulchrè Hottoman. §. plebis ci-
tum Inst. de iure natural gent. & civili.

24. Quæ lex aquilia sui nomini traxit Originem à Caio Aquilio Gallo
à quo & Aquiliana stipulatio, cuius memoriam nobilitat difficilis illa l. Gal-
lus 29. ff. de lib. & posthu. Accurs. & vulgo Dd. quos sequitur Myns. Inst. de L. A-
quil. n. vlt. Confer. l. 2. §. 43. ff. de orig. iur.

25. Hac L. Aquil. punitur & qui ignorantia aliqua deliquit l. 1. prin. ff. de
legibus. Et proinde mirum non est in L. Aquil. leuissimam etiam culpam
considerari l. 44. ff. ad L. Aquil. etiamsi propositum lædendi non adfuerit. l. 5.
§. 1. ff. ad L. Aquil. Abb. & Canonista. in C. si egressus C. si culpa, ext. de iuriis.

26. Huius L. Aquil. duo sunt capita. priori quidem Capite ita cautum
esse appareat l. 2. prin. ff. ad L. Aquil. Qui seruum seruamuè, alienum alienam-

uè quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum ex domino dare damnas esto, aduersus inficiantem duplo est d.l.2. ff. ad L. Aquil. l.23. §.10. ff. eod. l.4. C. eod.

27. Vnde imprimis notandum ex hoc primo capite pro quadrupede occisa non aliter dari actionem, quam si illa pecudum numero contineatur & gregatim haberi solita sit l. 2. § 2. ff. d. t. s. quod autem Inst. eod. l.65. §. 4. ff. de legat. 3.

28. Hinc si canis, feræ bestiæ, quæ iumentorum operam non præstant & similia quadrupedia, quæ gregatim non pascuntur, iniuria occisa sint, non aliter quam pro quo quis alio animali interempto vel laeso ex posteriori capite actionem dari indubitatum est. l. 29. §. 6. ff. ad L. Aquil d.l.2. in fin. ff. eod.

29. Secundum caput vetustate, esse obliteratum, non ignoratur, ita manferunt in usu primum & tertium caput. §. 12. Inst. ad L. Aquil.

30. Tertium verò caput omnia reliqua damna complectitur § 13. Inst. eod. l.27. §.5. & seqq. ff. hic. Ideoq; hoc tertio cap. non tantum omnia animalia; sed etiam inanimata veniunt d. § 13. adeoq; re quavis, quocunque tandem modo, culpa nostra deminuta, ex hoc capite actio proponitur. d.l. 27. §.5. l.15. §.3. ff. de usufructu.

31. Hic mouetur controversia, quæ huc accommodari potest. Si nauis fuisse rupta aut cum à nullo regeretur, incurisset, & sic damnum inde subortum, an eo nomine in dominum nauis danda sit actio. verius affirmanti statut. Anto. Fabro s. coniectu: 17. in prin. dis. vulgo Dd per l.29. §.2. ff. ad L. Aquil. vide d. l. 29. §.3. vbi dicitur, si culpa nautarum id factum esset, & sic nil obstat, quo impugnetur hæc assertio contra Dd.

32. Porro dolus & culpa veniunt non tam in priore quam postiore Capite §. 14. inst. de l. aquil. In priori fit æstimatione à tempore damni dati retrorsum numerando, quanti plurimi seruus vel pecus eo anno fuerit l.2. l.21. in princ. l. 23. §.3. ff. ad l. aquil. vnde dicitur l. aquilia habere oculos retro Schneid. ad princ. inst. eod. Annus vero non accipitur utilis, sed cōtinuus l.51. §.2. ff. ad L. Aquil. vbi expressè, annum 35. diebus constare dicitur.

33. Tempus damni dati in libello exprimi opus non est, cautius tamen & tutius esse hortatur Bart. l. prætor edixit ff. de iniurijs. vt tempus & locus damni dati hoc in libello exprimatur: Quem Ange. & Azo sequuntur, si tamen. omittantur, libellus ideo non vitiabitur. Ratio quia in omni actione ciuiliter intentata, licet ex delicto descendat, non est regulariter necesse apponere tempus & exprimere locum: In actionibus vero famosis, vel actio iniuriarum ciuiliter, vel criminaliter intentata, item in alijs accusationibus tempus & locus sunt de substantia libelli, ita vt omessa vitient libellum tex. cum gloss. quæ format libellum in causa criminali. l. 16. C. de accusat. Sichard ad Rubr. C. de l. aquil. n.1. & seqq.

34. Ex tertio namque capite agitur ad estimationem damni reique corruptæ & interemptæ non quæ fuit plurimi anno præterito, sed quæ proximis 30 diebus plurimi fuit §. 14. inst. ad l. aquil. In practica hanc distinctionem etiam-

etiamnum obseruari, eamque ab imperitis Aduocatis negligi, & indoctiores iudices sequi, conqueritur *Sichard. ad Rubr. C. hic n.13.* cùm in priori maius, in hoc tertio minùs veretur damnum.

35. Ideo æstimatio hominis occisi ad id tempus refertur, quo plurimi in eo anno fuit: ut si precioso Scribæ aut pictori pollex fuerit præcisus: & intrà annum quo præcideretur fuerit occisus, in actione l. aquilæ eo æstimabitur precio; quanti fuit priusquam artem cum pollice amisisset *l.23. S.3 ff. hic VVes. para. ff. l.1c n.5.*

36. Generatim vero in toto hoc tractatu, æstimatio non ad affectionem singularem, sed ad commune iudicium referenda *VVes. para. hic per l. 33. in princip. ff. hic l.63. rbi Bart. ff. ad l. salvid. Schneidevri. ad Rubr. S. 10. inst. hic v Treut. th.6. lit.D. de L Aquil.*

37. Obseruandum tamen est in æstimationem venire, omnes expensas ratione læsionis contingentes, tam operarum cessantium quām futurarum, & quicquid lucri interuersum aut damnum per vulnus ac cædem datum est. *l. 3. ff. si quadrup. Quam ob rem veniunt in hanc actionem, impendia in medicos, chirurgos & similes. VVes. para. hic. n.7. per d.l 3.*

38. Ipsi autem corporis liberi hominis aut membrorum æstimatio nulla datur *d. l. 2.* In aequaliæ verò legis actione, quæ damnum æstimat ac resarciri petit, nihil deducitur, nisi interesse quod æstimari potest. *l.18. S. pen. Et fin ff de dolo malo. VVes. d. loco. Quare alia actio hoc nomine venit, quæ non est æstimatio aut id quod interest, sed poena criminalis ob interfictum corpus exigitur. t.t ff. ad L.Corn. de Siccar.*

39. Quæstio hic incidit quotidiana. vtrum vulneratus, si ex interuallo sit mortuus, ex vulnere mortuus præsumatur? Iura de tempore & interuallo variè loquuntur: *c. 7. 12. ext. de homicidio. Et præclarè. Felin. in d. c.7. n. 1. Nos missis ambagibus, ponimus, tali casu quando dubitatur de qualitate vulneris, vtrum lethale nec nè, ob die Wundt tödtlich oder nit/ recurrendum esse ad iudicium Medicorum per c. significasti. cl.2 S. Si quidem. ext. de homicidio. ibi communiter Canonistæ.*

40. Iniuria autem damnum accipimus, quod nullo iure illatum est, & sic non accipitur hic vt circa iniuriarum actionem quædam contumelia. *l.1. in prin. ff. de iniurijs. sed pro damno nobis nostrisq; rebus quocunque modo, culpa etiam leuissima, ab eo qui nocere noluit; dato l. 5. S. ff. ad L. Aquil.*

41. Adeo vt non sit mirum, præceptorem in castigatione discipuli, maritum in coercitione vxoris, modum excedentes ex L. Aquilia conueniri posse, cum leuis duntaxat castigatio concessa sit. *l.5. in fin. ff. hic. l.24. S. 5. ff. solut. matrim. clar. 5. sent. S. fin. q.56. vers. post et. Menoch. 2. arbit. iud. cent. 4. casu 364. n.9.*

42. Hinc extra omnem controuersiam sequitur, eum, qui se petentem ferro multò magis bestiam inuidentem, ad defensionem sui suarumue rerum tutelam *Fachin. 1. contro. c.31. l.aserit, interficerit, dummodo alia via periculum istud effugere non potuerit. S. iniuria vers. vtq; Inst. de l. Aquil.*

l.45.

l. 45. §. 4. ff. eod. c. 2. extr. de homicidio. A moderamine inculpatæ tutelæ nè latum vnguem quidem recesserit. *l. 1. C. vnde vi.* cum omni iure permittente fecisse censeatur, hac actione neutquam teneri. *l. 45. ff. hic. l. 3. de iustit. & iure.* & ibi communiter Dd. Eleganter Borch. in suo tract. feud. c. 7. n. 43.

43. Quod ita verum est, vt nè vasallus quidem feudo possit priuari propter vim quam sui defendendi causa contra dominum adhibuit Aluarott. Praeposit. c. 1. §. porrò. tit. quæ fuit prima causa benef. amitt. Rosenth synop. feud. c. 10. conclus. 20. n. 23.

44. An ad defensionem famæ, si simul armis vim non inferat aduersarius factum homicidium omnino à pæna excusabit? negamus contra clar. §. homicidium. n. 26. Vasq. controv. illust. II. n. 10. Quia retorsioni verbali locus est, & l. 3. ff. de iust. & iure, in specie loquitur de eo, quod ob tutelam corporis fit. Treut. hic. thes. 7. l. t. B. & neminem in sua causa iudicem esse oportet, maximè vbi vis corporalis nulla est illata. *l. vn. C. ne quis in sua causa.* *l. 1. C. vnde vi.*

45. Sed si quis in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit aggressorem, ob id factum, calumniam non metuet *l. 2. C. ad l. Corn. de sicca.* neque æ qualitas armorum desideratur. *l. 3. C. eod.* & ne quidem ad fugiendum tenetur quis, cui infertur vis, asserimus, idq; propter periculum lapsus. *Vasq. I. controv. 18. VVef. conf. 19. n. 17.* Prouocatus. n. tanquā intenso dolore cōmotus non est in plenitudine intellectus, metus improuisus instantis periculi tollit rectum iudicium & consilium deliberandi, ideo dicunt Dd. quod prouocatus non habeat stateram in manu, vt possit dare ictus & vulnera ad mensuram. *c. olim causam extr. de restit. spoliat Bald. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Ang. in tract. malefic. in verbo & dictus Titius. n. 19.*

46. Huc referri potest *Const. Carolina. art. 140. ibi.* ohne gefährlichkeit seines Leibs/Lebens/Ehren vnd guten Leumuths, vide plurimos hac opinione allegatos apud Clar. s. sent. §. homicidium. n. 31.

47. Nam prouocatus modum inculpatæ tutelæ excedens & aggressorem in fuga occidens, poena ordinaria L. Corn. desicca. plectendus non est, sed extra ordinem iudicis arbitrio, ratione excessus puniri debet. *Curt. junior. conf. 235. n. 16. volum. 3.* vbi communem dicit. Ratio non videtur sterilis, quia in prouocato non præsumitur dolus & animus occidendi aut vindictæ studium, sed potius defensionis necessitas, vnuorselflicher Todtschlag/ *l. 1. C. ad L. Corn. de sicca.* sed vt poena homicidiij corporalis locum habeat, verus & expressus dolus requiritur, adeò vt lata culpa dolo non æquiparetur *l. 1. §. 3. in fin. l. 7. 16 ff ad L. Corn. de sicca.*

48. Defensio autem moderata siue cum moderamine inculpatæ tutelæ dicitur, quando quis non potuit aliter se ab offensione tueri, quam eo modo quo se defendit. vt si in discrimine vitæ cōstitutus, omni meliori modo quo potest, ne ab alio prouocatus iniquè occidatur, se defendit. *Clem. vn. de homicidio. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Bart. & Dd. in l. 1. C. vnde vi. Hippol sing. 992.*

49. Ad obtainendam igitur absolutionem homicidiij perpetrati, prouocato in materia purgationis & innocentiae, duo potissimum, vtputa prouocatio-

cationem & necessariam defensionem articulare & probare conuenit. Bart.
in l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Ang. in tract. m. lef. in verbo. Et dictus Titius. n. 8. Or-
dinat. crimi. Imp. Caroli. V. art. 141. vide Vigel. Const. Carol c. 7. except. i. de ho-
micio.

50. Primum igitur si quis sui defendendi causa homicidium fecerit, ratio-
ne inculpatæ tutelæ, ab homicidij poena excusatur. art. 139. Const. Carol. de-
claratur hæc thesis art. 140. nisi reus modum in defendendo excederit, art.
142. vers. vlt. adde c. 2. C. 18. § vlt. ext. de homicidio. Reus tamen, qui modum
inculpatae tutelæ excessit, propter excessum istum non ordinaria poena, sed
extra ordinem est puniendus. Clar. § homicid. um, vers. scias tamen 34. ibi. be-
nè verum. Præterea Reo denegatur excusatio à poena homicidij, si occisus
iustum insultandi causam habuerit. art. 142. his verbis: So der Ankläger/ clar.
§. fin. quæst. 29. vers. sed hic incidenter. vt si maritus adulterum suæ vxoris, in
ipso crimen deprehensum, insultauerit d. art. 142. Dein, si reus occiso fuit
robustior, vt non sit verisimile periculum ei ab occiso impendisse, proposita
inculpatae tutelæ excusatione non facile defenditur. art. 142. vers. oder so der
Kläger/ proinde si mulier à viro sit occisa, non præsumitur inculpata tutela,
nisi manifestè probetur; quæ tamen probatio ex qualitate viri & mulieris
sumi potest. art. 144. cuius hæc sunt verba: ob einer ein Weib. Item si constet,
occisorē post insultationem à se factam retro cessisse aut fugisse, non facile
præsumitur inculpata tutela art. 142. vers. oder so der Kläger ibi. oder vermelde/
quo tamen casu non ordinaria sed extraordinaria poena reus est puniendus.
Francisc. Viui. lib. 2. com. opin. in verbo Defensio n. 11. imò interdum est totus
absoluendus. vide Vigel. Const. Caroli. c 7. except. i. cum Replli.

51. Adeò autem defensio fauorabilis est, vt etiam tertius, puta amicus
prouocati, si intercedendo aggressorem occidat, excusetur à poena ordina-
ria. Hippo. l. vn. C. de raptu virg. n. 234. Ratio nam omnibus modis necessaria
defensio siue per se siue per alium non prohibetur, posito prouocatum non
aliter potuisse propellere insultantem. Gail. 2. obs. 110. n. 19.

52. Quare non minus sacerdos missam celebrans, aggressorem occidere
& missam postea implere, licetè potest. Blanc. in pract. crim. §. iuris permisio-
ne. n. 3. ob rationem, quia necessaria defensio omni iure etiam diuino per-
missa & sine peccato est, vbi enim non est delictum, ibi poena abesse debet.
l. 22. C. de pœnis. Gewalt mit Gewalt vertreiben/ ist nicht verbotten/ adeoque ne-
cessitas, dolii excludit præsumptionem. Gail. de P. P. lib. 1. c. 16. n. 9.

53. Ita Nobilis à plebeio insultatus, duellum si pro honoris sui defensio-
ne, susceperebat, plebeium occidat cum fugere poterat, non punitur ordina-
ria poena homicidij, ed quod fuga turpis sit homini nobili & viro generosi
sanguinis. Bart. in l. vlt. vt vim. n. 10. ff. de iust. & iure. Tiraq. de nobilit. c. 20.
n. 63. Et ideo maior est famæ quam omnium bonorum iactura. l. 10. §. fin. in
fin. ff. de pœnis. Sed hæc quoad duellum & homicidium magis politicè quam
Christianè disputantur.

54. Num & homicidium à dormiente commissum, somnante defensione,

ordinariam mereatur poenam? Quod cum dormiens careat dolo, adeoque mortuo & furioso, quoad exercitium rationis comparetur. c. maiores 3. §. fin. ext. de Baptis no. l. i. §. 3. ff. de acquir. vel amit. poss. ibi commun. Dd. Tiraq. in tract. de pœn. caus. 5. per totum. vnde illud:

Stulte, quid est somnus gelidae nisi mortis imago.

Negandum putamus. In maleficijs enim semper voluntas spectanda est. l. i. ff. ad L. Corn. de fuccar.

55. Sed si dormiens habuerit surgendi consuetudinem & lædendi alios, vice versa, & is qui surgendo non est solitus lædere aliquem, hoc seruandum. nam primo casu dormiens tenetur de homicidio, quia sciens vitium solus cubare compellitur. Secundo casu planè inculpatus est. ita distinguunt Dd. maximè B'anc. in tract. crim. §. dormiens & Ang. in tract. malef. in verbo. scienter. Hippol. ad l. i. n. 64. ff. ad L. Corn. de fucca.

56. Ast ut & homicidium calore iracundiae perpetratum non puniatur poena ordinaria, necesse est præcessisse iracundiam lacepsitam, nam eo casu ab ordinaria poena est excusandus. Deut. r. g. 48. n. 7. ff. de Reg. iur. vbi dicitur, difficultimum esse, iustum dolorem temperare, irati enim toto animo conturbantur, adeoque insaniunt ob nimiam iracundiam, quæ tanquam furor arma ministrat. Et quantum ad mitigationem poenæ, opus est probatione quod talis fuerit iracundia, quæ ipsum delinquentem à mente alienauerit, quia alias nullam haberet excusationem, sed ordinaria poena esset puniendus. Abb. c. i. ext. de his qui fil. occid. & difficile est probare talem iracundiam. Dec. d. loco. n. 8.

75. Iure igitur merito committens homicidium casuale, puniendus non est, cum absit ab eo dolus. c. fin. caus. 15. q. 1.

58. Vnde infertur. Lectores si maleficum armis resistentem occidant, non tenentur de homicidio, quia officij necessitas eos à dolo excusat & reluctantes maleficos de iure occidere possunt, si aliter prehendi nequeant, idq; ne crima maneant impunita. l. si seruus. 4. C. de his qui ad Ecles. config. Damhoud. in tract. crimin. c. 84. n. 35.

59. Quando verò poenam ordinariam in extraordinariam commutare liceat, hoc iudicis arbitrio committendum, qui poenam ex causa mutare poterit. Myns. 2. obs. 30. n. 3. & 5. licet coram tribunal omnium supremo personarum nulla sit differentia, sed anima quæ peccauerit ipsa morietur. Deut. c. 18. Regum. c. 14. Ezech. c. 18. tamen nihilominus quandoque ob benè merita delinquentis, qui de Principe vel Republ. bene sit meritus; Aut excellens artifex, cuius opera & industria Princi & Reipubl. utilis esse possit, poenam commutari licitum est. l. 31. ff. de pœn. Hippol. in tract. crim. §. oportune. num. 6.

60. Sic delictum dignitate minuitur, si qualitas delicti ex nobilitate aut dignitate non suboriatur, quare quoad poenam corporalem mitius cum nobilibus & amplissimis personis, quam cum ignobilibus agendum; quoad poenam verò pecuniariam intensius nobiles quam ignobiles plectendi. l. 2. C. ut nemo priuatus tit. Tiraq. de nobil. c. 20.

61. Di-

61. Dignitas, vt est nobilitas delictum quandoque augent, vnde si delictum sit commissum contra nobilitatis splendorem, vt si indignum sit nobilitate. *l. 14 ff. de pœn. l. 6 ff. de re milit. Traq. latè d. loco.* Ideo ex circumstantijs, vt ratione loci, dignitatis ac scientiæ augmentur poenæ, ita etiam magis clericus quam laicus, literatus quam illitteratus in eodem genere delicti peccant. *l. 4 §. 1 ff. de incendio, ruina.*

62. Quod si aliquis confessus, se hominem ad sui defensionem occidisse, de defensione non possit apparere, si in loco solitario patratum sit homicidium, cum *Fact. in. 1. contr. c. 27.* concludimus, id decidendum esse ex personarum & facti circumstantijs; sed si coniecturæ cessent, nec ullum necessariae defensionis appareat argumentum, eum ultimò esse afficiendum supplicio, *l. 1. C. ad L. Corn. de sicca. C. 1. ext. de presumpt. Const. Carol. art. 143 clar. §. homicidium. vers. sed quomodo 33. & § fin. quæst 60. vers. nunc quæro 18. in fine.*

63. Attamen si quadrupes occiderit hominem, dominus eius tenetur poena extraordinaria. *Const. Carol. art. 156.* in his verbis: *Hat einer ein Thier/ das sich dermassen/ oder sonst der Art vnd Eigenschaft ist/ dadurch zu besorgen ist/ dass es den Leuten an Leib oder Leben schaden thun möget/ soll der Herr desselben Thiers solch Thier von ihm thun.* *Inst. si quadrup. §. 1.* Excusatur tamen dominus, si ferocitatem quadrupedis ignorauit *art. 150. vers. oder so einer ein Thier.* *Vigel. Const. Carol. c. 7. reg. 4.*

64. Præterea si medicus ob suam imperitiam mortuum infirmum occidit arbitrio Iudicis extra ordinem puniendus, quando per imperitiam sine dolo peccauit. *Maynerus l. culpa est n. 19 ff. de Reg. uris. l. imperitia n. 3. ff. de iust & iure. Et l. 6. §. 7. ff. de off. Präsidii,* vbi dicitur imperitiam, non euentum mortalitatis in medico culpandam.

65. Ad hoc vt mors infirmi medico non imputetur, quatuor concurrere debere, docet *Innoc. Panorm. & Socin. in C. tua nos. n. 1. 2. Ext. de homicidio.* Imprimis ne excedat limites suæ professionis, quia culpa est immiscere se rei ad se impertinenti. *l. culpa ff. de R. I.* Secundo, quod sit peritus in arte, quia imperitia culpæ annumeratur. *l. imperit. ff. de R. I.* Tertiò, quod sit diligens circa curam infirmi *C. ad aures ext. de ætate & qual.* Quartò quod edoceat ægrotum de his, quæ contraria sunt ægritudini suæ *d. C. ad aures. l. 25 §. 7. ff. locati.* His quatuor concurrentibus, si mors superuenerit concludit Socin: medicum tutum esse, etiam in foro conscientiæ. Quia

Non est in medico semper releuetur vt æger,

Iuter dum docta plus valet arte malum,

Ita quoque tenet *Mayn. in d. l. imperitia.*

66. Qui si non per imperitiam, sed dolo occiderit ægrotum, dubium non est, quin Lege Corn. de sicca. poena teneatur capitali. *Clar. l. 5. §. homicidium. n. 17. l. 5. §. 3. ff. ad S. C. Syllan.* Cùm plus sit hominem extinguere veneno quam occidere gladiol. *i. C. de malefic. l. 3. ff. ad L. Corn. de sicca.*

67. Ardua & difficilis iam incidit quæstio, quid censendum, si à diuersis diuerso tempore quis fuerit Vulneratus & mortiferè cæsus, ab alio post-

modum sit interemptus? qua in re licet varijs varias fecerint distinctiones, nos tamen contra Bart. gloss. & communem Dd opinionem propter expressa legis verba luce meridiana clariora l. item mela II. §. celsus 3. l. huic scripturæ §. si Seruus ff. ad L. Aquil. Eum, qui licet mortiferè vulneratum postea ex interuallo vulnus infligendo statim exanimauit, de occiso, reliquos verò de vulnerato solum teneri intrepidè concludimus per d. H. hæc bene considerauit. Zaf. lib. 2. sing. intel. c. 6. n. 2. Interim tamē nihil detrahentes discretioni periti medici, qui vulneris circumstantias diligenter considerans ex vulnere infligeto vtrum Vulneratus, an verò sua negligentia, vel medicorum imperitia, aut alio superueniente morbo decesserit l. 30. § fin. ibi Costal. l. 8. ff. ad L. Aquil. l. 5. § 1. l. 52. in prin. ff. eod. Secundum artis præcepta iudicabit C. 16. ext. de homicidio & communiter Cano. l. 6. C. dere militari.

68. Et hæc quidem obtinent, quando ratione damni dati ciuiliter agimus quia verò pro quoque criminis præter ciuilem in factum ad interesse vel damnum parti applicandum, criminalis quoque ad vindictam publ. actio datur l. 25. ff. ad L. Corn. de falsis. ibi Bart. Alber. & communiter Dd l. 7. § 1. vers. atquin ff. de iniurijs Maranta parte 4. n. 4. dummodo tamen doloso, fraudulento & destinato animo fuerit occisus l. 23. § 9. ff. ad L. Aquil.

69. Vbi tamen libero homini hoc modo damnum datū est, licet vbi totius corporis interempti, ita & cicatricū ac deformitatis in facie perpetuo apparentis nulla possit nec debeat certa fieri æstimatio: attamē vbi & culpa & iniuria damnum est datum posse offensum ratione deformitatis pro modo circumstantiarum, suam eō grauiorem atque atrociorem iniuriam & offensam æstimare, non negauerimus. l. fin. ff. de his qui effud. idem probat Couar. lib. 2. C. 10. tom. 2. ve: f. tenetur item 15. pulchre notat VVef. para. ff. de his qui effud. n. 5. in fine.

70. Sed cùm & à tertio capite non minùs quām à superiori is excusat qui casu magis quām culpâ damnum dedit. l. 6. C. d. pigno. act. C. vn. ext. de commodato. C. 2. de deposito.

71. Hinc elegans vertitur Quæstio: an is qui arcendi intendij gratiâ vicinas ædes quibus incendium proximum erat intercidit ac demolitur, hac actione ad resarcendum damnum teneatur siue id iussu Magistratus, siue iusto solùm metu ductus, demolitus fuerit licet ignis eō non peruererit, nulla eum act. à damnum passo conueniri posse affirmamus l. 3. §. 7. ff. de incendio, ruina. Idem attestatur Gai. l. 2. obf. 12. n. 4..

72. Is verò in cuius ædibus oritur incendium, non aliter vicino exinde damnum passo hac act. tenebitur, quām si culpa certæ personæ excitatum fuisse incendium probetur certò, quia incendium non probata culpa certi hominis inter casus connumeratur fortuitos. l. 11. ff. de incend. ruina. Gai. l. 2. obf. 22. n. 3. quos nemo præstare cogitur. l. 23. circa fin. ff. de R. I. Quod si non probetur, remanet incertitudo, & per consequens sententia condemnatoria sequi non potest, quia sententia debet esse certa. l. 6. §. 4. ff. Nauta Caup. § 32. Inst. de act. Salic. l. si vendita ff. de peric. & comm. rei vend. Afflict. decis. 57. n. 4. 5.

vbi

vbi dicit, quando non constat clarè de principio ignis, vnde originem habuerit, quod oporteat pronunciari sententia absolutoria Bald. in l. si Creditor, n. 2. C. de pigno. act. & conf. 491. n. 2. vol. 4. incip. punctus saper quo. vbi pro greditur, si non constat de origine ignis, & inhabitans erat consuetus esse vigil & diligens, quod in dubio non teneatur de incendio: ita concludunt Dd per d. l. si vendita.

73. Nec obstat quòd inhabitantium culpa plerumque dicantur fieri incendia, l. 1. S. 1. ff. de off. præf. vigilum. Nam id de leuissima culpa verum est, & præsumptio hæc non procedit, vbi alia indicia negligentiae non apparent. Affl. decis. 57. n. 9. Gail. 2. obs. 21. n. 3.

74. Quid si pro salute totius viciniæ ne ignis omnia vrat & latius serpat, imò & graue vicini (nisi domus vicini diruatur) immineat periculum an omnes vicinos pro eius dirutæ & destructæ domus reparatione in cōmune contribuere oporteat? exemplo l. 1. & 2. ff. ad L. Rhod de iactu. æquissimum est, dicit Bald. d. l. 2. ff. ad L. Rhod. quod damnum pro communi utilitate acceptum, commune esse debeat. Gail. 2. obs. 22. n. 4. 5.

75. An Conductor Domino ædium de incendio teneatur pro eadem distinctione qua th. 72. Respon. ad Quæstionem. Si quidem conductor regulariter præstare tenetur dolum & culpam, non leuissimam. l. 23. ff. de R. I. l. 28. C. locati. Myns. 6. cent. 88. Gail. d. obs. 21. n. 3.

76. Num Dominus ex delicto familiæ suæ obligetur, si culpa familiæ ortum sit incendium: vide distinctionem salic. l. quæ fortuitys, n. 7. C. de pigno: act. regulariter ex facto & delicto suæ familiæ non tenetur, nisi delinquant circa officium sibi commissum, in quo pater fam. eorum vtitur opera, si nimur Stabularius candelam in stabulo negligenter custodiat, quia deliquit circa officium sibi commissum: Sed si alio in loco culpa stabularij incendium sit ortum, non tenebitur Dominus, quia extra officium domesticum sibi deputatum deliquit, & est communis opinio Dd. in l. 1. S. 5. ff. de publ. & vectig. per l. si vendita ff. de peric. & com. rei vend. l. 27. S. 9. ff. ad L. Aquil.

77. vicinus vicino vtrum ad damni æstimationem, si domus vicina ex incendio in suis ædibus suborto, vna conflagravit, teneatur tristis et ardua est quæstio? Respond. cum distinctione, vt si vicini culpa sit exortum incendium cum id inter casus non numeretur fortuitos teste salicet d. l. quæ fortuita. ideo merito ad æstimationem damni dati ex lege teneatur aquil. adeoque damnum inferens, non solum de lata, verum & leui, imò leuissima culpa, vbi sup. dictum, obligatur per text. notab. l. 28. S. 12. ff. de paenit. l. 30. S. 3. ff. ad L. Aquil.. Et qui non habet in ære, luat in corpore. l. 9. ff. de incend. ruina. Gail. 2. obs. 22. n. 2. in fine.

78. Quam ob rem singulariter illud obseruandum in Prax. omnem culpam ad casum fortuitum ordinatam, nocere committenti culpam, & ideo si culpa ad casum incendijs sit ordinata, id est, si incendium ex tali culpa immediate sit exortum, noxia erit committenti, etiam si casus incendijs præter opinionem euenerit. Gail. d. obs. 22. n. 6. Ratio quia occasionem dam-

nī dedit ex culpa proximē ad casum ordinata C. vn. ext. commodati. Felin. c. cum inter. n. 20. de Except. vbi dicit, culpæ imputari quæ immediate à culpa veniunt, non autem quæ mediatè Bart. l. si vt certò § sed interdum n. i. ff. com- modati.

79. Et ita ex facto Nobilem in Camera ad emendationem damni & le- ge Aquilia condemnatum fuisse, adducit Gail. d. loco. Qui ruri in columbam super columbario sedentem, bombardam emisit, & præter opinionem oc- culta vi pulueris, testum incendit stramineum vnde ignis progressus, vicina rusticorum tuguria simul conflagrarent fuit condemnatus ut dictum, ex culpa principaliter ad casum ordinata.

80. Quando verò locus sit directæ actioni legis aquiliæ vel actioni utili, vel in factum per tres casus distinguendum. aut enim aliquis suo corpore corpus lædit, aut non suo corpore lædit, aut non lædit seu corruptit cor- pus, sed alio modo operatur damnum. Exempla perspicua singulorum ca- suum sunt in contextu Inst. ad L. Aquil. §. vlt. notari iubet Pac. Analyt. Inst. hic §. vlt. suo corpore damnum dare non solum eum qui sua manu percutit, sed & eum qui gladio vel simili quem manu gestat, alteri damnum infert. dici- tur enim suo corpore corpus lædere, qui re vera dat damnum; non suo cor- pore corpus lædit, qui duntaxat præbet damni occasionem. l. 7. §. 6. ff. ad L. Aquil.

81. Notandum actionem utilem & actionem in factum passim confundi in iure ciuili: omnis enim actio utilis dici potest in factum, & reciproca o- mnis actio in factum potest vocari utilis. vnde quæ hoc loco utilis nomina- tur, eadem appellatur & in factum. l. 7. l. 9. §. 2. l. 29. §. 7. ff. h. t. Sed dum utilis actio ab act. in factum separatur, intelligitur utilis ciuilis, id est, accommo- data L. Aquiliæ; in factum verò actio Prætoria, quæ tribuitur cessantibus ci- uilibus actionibus l. 11. ff. de præscript. verbis. Ergo utilis actio Aquilia est in factum ciuilis ac distinguitur à Prætoria in factum Pac. d. loco.

82. Et cùm hæc actio origine sit poenalis, inficiando crescat l. 4. C ad L. Aquil. sic in hæredes non datur, nisi ex damno locupletiores sint facti, l. 23. §. 8 d. t. Myns. ad §. 9. Inst. hic Hart. Pistor. Quæst. 27.

83. Concurrere cum hac actione possunt & aliæ eatenus, vt vel vtraque consequamur id, quod ab iniicem distinctum est vt actio furti & L. Corn. de ficca: quæ se mutuò non consumunt, quia ad idem non competit l. 2. §. 1. ff. de priuat. delictis l. 23. §. 9. ff. ad L. Aquil. l. 3. C. eod. vel id quod in altera mi- nus est, si leuiore actione prius egerimus, consequamur per grauiorem. l. 34. in fin. princ. ff. de obligat. & act.

84. Cumulationem verò Act. Aqil. & iuiuriarum in Camera admitti. au- toritatem ponit Myns. l. obs. 25. Gail. l. obs. 63. n. 9. per d. l. 34. Legis verò Aquiliæ actionem criminaliter intentari posse, negatiuam sententiam amplectimur cum textus nullus hac de re expressus extet, qui ostendat de damno iniuria dato agi posse criminaliter; quanquam non possimus negare, de homine li- bero vulnerato hodie criminaliter agi posse ad poenam extraordinariam

vel

vel Fisco applicandam. Sed multa vsu recepta sunt, quæ nullam in iure scripto basin locent; sic praxis & obseruatio cuiusque loci imprimis spectanda. *Hannon. hic th. ultima.*

85. Cùm damna sèpe deiectione vel effusione prætergredientibus inferantur meritò Prætor, vt per vias & itinera publica tutò & sine metu periculorum commere liceat, *de his qui deiecerunt vel effud.* Edictum hoc proposuit, quod in *l. 1. ff. de his qui effud.* Parui autem interest, vtrum publ. an priuatus locus sit, dummodo per eum vulgo iter fiat, quia iter facientibus propicitur, non publicis Vijs studetur *Oldend. cl. 6. act. 20. per leg. 1. 2. ff. de his qui effud.*

86. Est & hæc species damnorum frequentissima. *Oldend. d. l. in princ.* hæc autem actio ad exemplum L. Aquiliæ introducta est *l. 5. §. 4. ff. hic. vt enim ibi, ita & hic culpa punitur, hoc solum differunt quod hæc actio sine villa adiectione, id est, semper in dupluni damni illati detur, Legis Aquiliæ verò actio simplex est, nisi inficiatione crescat d. l. 1. §. 4.*

87. Vnde apparet in hac poenam esse grauiorem, vt eius metu itinera reddantur tutiora: quod vt fiat, communis salutis & Reipubl. maximè interest *d. l. 1. §. 1. VVes. para. hic.* sic ei conceditur, qui damnum passus est in corpore, vel in vestimentis suis, ex deiectione vel effusione siue interdiu, siue etiam nocte, modo tamen non præter morem noctu fuerit vagatus. qui laeditur *d. l. 1. §. 6. l. pen. ff. eod.*

88. Nam si liber homo perierit, damni æstimatio non sit in duplum quia in libero homine nulla corporis fieri potest æstimatio. *l. 3. ff. si quadrup.* Quod autem æstimationem non recipit, & in quo siplum constitui nequit, id multò minus duplicari potest, sed hoc casu sit condemnatio 50. aureorum. *d. l. 1. §. 5.* vt enim corpus, ita & partes quoque & eius membra æstimationem non recipiunt. *VVes para. hic n. 5.* nam quod constituitur in toto, constituitur & in qualibet eius parte.

89. Hæc in factum actio aduersus eum datur qui inhabitat cùm quid deieceretur. *d. l. 1. §. 7.* culpa est penes eum, siue in suo, siue conducto vel gravitudo habitet animo ibidem commorandi; nam hospes qui paulisper aliquibi hospitatur, non tenetur, sed is qui hospitium dedit, multum autem interest inter habitatorem & hospitem, quantum interest inter habentem domicilium & peregrinantem. *d. l. 1. §. 9. Oldend. d. loco 3. n. 4.*

90. Ex æquitate tamen domino in verum deiectorem, cùm hospes deiecerit, dabatur actio, si ob id quod deiectum dicitur habitator damnatus est. *l. 5. §. 4. hic.* sicut enim permisum est, quod actor læsus in tam dubio & captioso delicto querat authorem habitationis; ita rursus iniquum foret, deiectorem ipsum relinquimus impunitum. *d. l. 5. §. 4.*

91. Si verò plures in eodem loco habitent, vnde aliquid deiectum sit in quemuis hæc actio competit & quidem in solidum, cùm impossibile sit scire, quis deiecisset vel effudisset. Sed si cum uno fuerit actum cæteri libera-buntur. *d. l. 1. §. 10. & ll. seqq.* Quod si plures diuiso inter se loco habitent, a-

ctio



Actio in eum solum datur, qui eam partem inhabitat vnde effusum est, l.s. in
princ. ff. hic.

92. In summa. Is qui principalis habitator est, suam suorumque culpam
præstare tenetur. l. pen. ff. hic quo fit, ut hæc actio, quæ competit de effusis, sit
perpetua, & hæredi non denegetur, quia rem quæ damnoſa eſt reddita, per-
sequitur d.l.s. §. 5. In hæredem verò nullo caſu, cum eius respectu fit poena-
lis. d.l.s. §. vlt. hic.

93. Cum autem liber homo prorsus perierit, cuius agere volenti datur,
quia in hac ſpecie propter magnitudinem rei, eſt actio popularis; dummo-
do ſciamus, ex pluribus desiderantibus hanc actionem, ei potiſſimum dari
debere, cuius interest, vel qui adſinitate, cognatione uè defunctum contin-
gat. d.l.s. §. 5.

94. Hæc autem actio anno duntaxat durat ſi perijſſe dicatur, quia non
modo poenalis & prætoria, ſed & popularis, vt dictum. d.l.s. popularia e-
nim eſſe debent, quæ ad communem ciuium ſalutem vindicandaque ei, quæ
nocere videntur, pertinent. omnes autem actions populares vltra annum
non extenduntur. l.fin. ff. de popula. act. neque enim hæredibus iure hæredita-
rio competit, quippe quod in libero corpore damni datur, iure hæred. ad
ſuccesſores non tranſit, ac ſi ageretur ad damnum pecuniarium, cum pecu-
nia liberi hominis membra nequeant aſtimari, vti dictum, ſed ex bono &
& aequo hæc actio oritur d.l.s. VVef. §. para. hic. n.6. Oldend. d.loco.

95. Sed cum hoc loco nec criminalis actio locum habeat, quia dolus ab-
eſt. l.7. ff. ad L. Corn. de ſicca. nec aquilia ciuilis, cum corpore damnum non
eſt datum, ideo hæc actio non in damnum, ſed ad poenam introducta eſt. l.1.
§. 1. 2. ff. hic. quæ autem ad poenam & vindictam competunt actions, in bonis
non ſunt. VVef. para d.loco. n.6. l.2. §. 4. ff. de collat.


96. Demum compendioſa huius tit. de his qui effud. vtilitas ut repeta-
tur inconueniens fore non arbitramur. Ex prima huius edicti parte agitur
in duplum, duplabitur autem damni dati aſtimatio. Ex reliquis verò parti-
bus edicti in ſimplum eſt, quia ob hominem peremptum in 50. aureos eſt:
propter poſitum quod nocuit in 10. ſolidos. De alijs dannis, ſecundum re-
rum & personarum qualitatem varianda eſt aſtimatio iudicis arbitratu ex
bono & aequo. d.l.1. in prin. l.s. 6. ff. hic. Oldend. d.loco.

F I N I S.

X 2874408

94 A 7386

VD 17



CIMA OCTAVA
VBLICI,
QVILLIA
ALIBVS
IBVS.
M
anctæ Triadis.
BVS
nis Viris, ac DD.
NO, I. V. Doctore, &
, SS. LL. Licentiato,
re & Fisco.
Collegio publicè ventilan-
ij, Anno 1629.
mbergensis Franco.
IPPINÆ,
prope Augustinianos.